



**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

An liceat exposere à Dæmone ut aliquid faciat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

§. II. De Adjuratione demonum.

*De fine adjurationis, de q̃re imperio adjurantis in demonem.*

3. *Patet hæc adiunctio fieri debet imperativè, v.g. Esne tu, die, non veid deprecativè, v.g. Rogo te, ut facias, ut dicat hæc à me gratiam incusat excus, &c. quia, nimirum deprecatio præfert humilitatem, & amicitiam, quæ non offendit imperium, quod exercere solum concessit Fidelibus Christus Dominus in dæmones, ad eisdem suo nomine prestigandos.*

5. Dixi (sermones longos) si enim quis aliquid mo-  
dicum semel, vel iterum curiosè peteret, esset veniale ex  
levitate materiæ.

Pars I.

7. Dices iterum cum eodem: Dæmon quiddid dicit,  
facitque, ex odio contra Deum dicit, & facit. Ergo cum  
illius peccato cooperor, si illum invito ad aliquid faci-  
endum, quod non sit illud, quod concessit Christus ad  
eum fugandum. Respondeo cum dæmon semper sit  
tale peccatum paratissimus, ego non quidem causo, sed  
mera occasio sum ejus peccati: ad quam occasionem evi-  
tandam Deus non me obligat, si tunc ~~et~~ bilis opinio  
non obligat me ad non petendum mutuum ab usurario  
parato. Lege Dien. p. 1. tr. 7. ref. 3. & *ibid.* citatos.

10. De tertio ergo nonnulla subditur dubitatio. Et quidem Castr. Pal. d. 4. cir. p. 4. num. 8. ait id esse mortale, quia potere quid ab aliquo, in quem potestatem non habes, est te humiliter illi subicere, ac deprecari, & veluti pactum Societatis cum illo inire: at quoad hæc vana non habet homo potestatem in demonem: at Christo, ut dictum est, ergo, &c. Sed merito Sanchez lib. 2. in Dec. c. 42. n. 25. Nav. Sylv. Bon. Val. Svar. alique cit. ab eodem Castr. l. c. n. 7. putat esse veniale, quia est levitas materiæ, & imperfectio actus commercij socialis: neque enim eo ipso, quod aliquid vanè à te peto, pactum tecum in eo, amicitiam tuam mihi concilio, vel me tibi submitto, si Castr. Palai ratio gratis contendit. Intellige autem, si fiat semel, aut iterum, & quidem non deprecative, consequenter ad ea, quæ modò diximus de colloocatione; nam si sæpe, vel deprecative, convinceretur appeti cum demone absoluta socialis amicitia, vel subordinatio, quod esset mortale.